Zwei neue Käfer von Creta.

1. *Ptomaphagus creticus* Heyden. *Mesosternum postice carinatum. Oblongo-ovalis, brunneo-fuscus, thoracis angulis posticis rufis translucidis; pedibus palpis articulis* 6 *primis antennarum rufis, articulo ultimo antennarum apice abrupte acuminato flavo*, 7—11 *majoribus latioribus non clavatis, fusco nigris*, 8⁰ *minuto.*

Thorace brevi, coriaceo, angulis posticis obtusis, basi ad angulos perparum sinuato, inde angulis acutioribus. Elytris striatis, fortiter transversim strigosis. — Long. 3 mill.

♂. Tarsis anticis, intermediis articulis 1 et 2 dilatatis. Mesosterno postice ante coxas solum carinato, tarsis mediis dilatatis ab omnibus differt, attamen in proximitate *P. Vandalitiae* Heyden ponendus, qui mesosternum carinatum tarsos anticos et medios in ♂ dilatatos habet. Forma *P. alpini* Gyll., qui metasterno non carinato gaudet, affinis.

In monte Ida „Asomato Psiloriti" insulae Cretae a Dom. Barone H. de Maltzan semel captus.

2. *Elaphocera Maltzani* Heyden. *Supra nigra, infra nigropicea, antennis pedibusque fusco testaceis, pedibus obscurioribus, articulo tertio longitudine primi et secundi simul sumtis, mutico, angulo mediano obtusissimo bipiloso. Clypeo distincte, medio acute emarginato. Fronte longe rufo-villosa. Thorace perparum disperse punctato, disco laevigato, sine punctis magnis piliferis, basi lateribus longe rufo-pilosis. Scutello plano impunctato, postice acuto, medio minime canaliculato. Elytris non striatis, lucidis, distincte parce punctulatis, costis longitudinalibus non elevatis sed impunctatis.* — Long. 13 mill.

Inter species e Graecia et insulis cognitas maxima, magnitudine E. Bedeaui, sed clypeo acute sed non profunde emarginato, colore supra nigro lucido parum punctato distincta.

A Dom. Barone H. de Maltzan, illustrissimo conchyliologo, in cujus honorem nominata, prope Caneam insulae Cretae mense Februario 1883 semel capta.

Dr. L. v. Heyden.